Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2045

Quelle:
Copyright:

Moraviam, et non tantum a Grege *Pontificiorum* et *Lutheranorum*, ſed etiam a Sectis illorum Fratrum, qui *Schwertler*, *Auſterliczer*, *Schweiczer* et *Huteriſche* adpellantur, ſejunctorum, ut rurſus *foll.* 7. 4. 6. teſtatur, et liquet ex Opuſculi I. *fol.* 118. ſubſcriptione, quae ſic habet: *Gabriell Eyn diner der Criſtlichen gemein Abgeſündertt von den Brudern die man die ſchwerttler die aüsderliczer die Schweiczer vnd die Hutteriſchen nennett.* Opuſculum iſtud, in cujus commendationem, neſcio quis, praefatur, ſequentia Adſerta propugnat: Quomodo divina et humana Sapientia differant. Ordinem et Baptismum nullius eſſe, qui non ſit in Eccleſia chriſtiana. In hac neminem eſſe, niſi habeat Spiritum ſanctum. Nec fidem nec ſpiritum e Scriptura ſacra conſequi quem poſſe; nec eſſe fidem ſalutis noſtrae fundamentum. Dirigitur vero contra eos, qui ſine Spiritu ad praedicandum Evangelium vel ab aliis mittuntur, vel ſe ipſos mittunt, quo loco contra Ruſticos, Sutores, Sartores, Pelliones &c. conqueritur; per decurſum vero potiſſimum Baptiſmi Sacramentum carpit. *Opuſculum* II. *fol.* 119. inſcribitur *Ein ermanung ann die obrikeitt.* Hortatur autem Magiſtratus, ne ſe patiantur ab inutilibus et perverſis Eccleſiaſticis induci ad Fratres perſequendos. *Opuſculo* III. commentatur in Verba: *Hoc eſt Corpus meum*, ſententiamque tam Catholicorum, quam Lutheranorum de ſacra Caena rejicit, omnia ad Spiritum transferendo. Sed miseret fanatici Homunciones, de quo nil traditum reperio, neque aetatem ejus e Scriptis eruere queo. Pertinuit tamen Libellus noſter a. 1548. ad *Mechtildem* ſeu *Mathildem Wilhelmi IV. Bavariae* Ducis filiam *Philiberto* deinceps *Badenſi* a. 1556. nuptam, ut manus ejus *fol.* praevio ita teſtari videtur: *Mechtildes freilein In Obern vnd nidern pairn.* Non ſemel obſervatum eſt, Sectarios gnaviter egiſſe, ut praecipuas quasdam Mulieres ſibi conciliarent.

DXXXV.

Codex chartaceus germ. Sec. 184
XVI. Folior. 300. f. hunc praefert Titulum: *Inſtitutiones Theologicae*, *Vom Innhalt der Augſpurgiſchen Confeſſion*, *Irem brauch, miſsbrauch, mit mer nutzlichen Puncten. Item ein Juditium, vber das gantz Corpus der Lutteriſchen Religion, vnnd lehre.* Locus Senecae et Tertulliani. *Cum gratia et Priuilegio Regis Regum et Domini Dominantium. Anno Domini 1562.* Dabo et Capitum Elenchum: *Das erſt Capittel Begreift ein bedingung, Proteſtation vnnd vorrede.* C. 2. *Tractirt von der Augſpurgiſchen Confeſſion, Irem brauch vnnd miſsbrauch.* C. 3. *Solviert ain frag, welche Artickel in diſer Confeſſion in guetem verſtandt gericht ſein.* C. 4. *Zeigt an welche Artickel in der Augſpurgi-*